8

Sancti Martini Pontifi cis proximo Anno Do mini Millesimo Sexcen tesimo Septuagesimo

415 Maytkowski Kropi wnickiemu Donat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemysliensibus Nobilis Wasko Hussakowicz Maytkowski olim Nobilis Sienko Hussakowicz Maytkowski filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castren[si] Capitan[eali] Praemyslien[si] Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Juribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta totas videlicet et integras sortes suas quae et quanta se Recognoscentem post eundem olim Nobilem Sienko Maytkowski Hussakowicz Jure divino et naturali Successione concernunt in bonis villis Maytkowa et Buchniaty in Terra et Districtu praesenti Praemyslien[si] iacen[tibus] et consisten[tibus] cum aedificiis et structuris quibusvis cum omni praemissorum bonorum seu sortium memoratarum iure dominio proprietate

haereditate tituloq[ue] haereditario omnibusq[ue] et singulis bonorum eorundem seu sortium praedictarum utilitatibus fructibus proventibus redditibus commodis emolumentis obventionibus tum agris campis pratis pascuis sylvis gajis nemoribus aquis aquarum decursibus torrentibus fluminibus lacubus paludibus attinentiisq[ue] et pertinentiis generaliter omnibus. Nihil ex praemissis Juris dominijq[ue] proprietatis haereditatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisq[ue] successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo. Sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis comprehensis generi per speciem et econtra in nullo derogando verum ita late longe circumferentialiter prout praefatorum bonorum seu sortium praemoratarum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur et prout eadem bona seu sortes praedictas ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsiusq[ue] concernebant ac eidem legitime serviebant. Jam ex nunc et de facto Generoso Georgio Krzypiowski eiusq[ue] posteris dedit donavit inscripsit et resignavit, prout dat donat ac titulo puro more perpetuae ac irrevocabilis donationis inscribit et resignat perpetuo et in aevum irrevocabiliterq[ue]. In quaquidem bona supradicta seu sortes praedictas praesentibus donatas et resignatas idem supradictus Recognoscens Nobilis Vasilius Hawalowicz Maytkowski praenominato Generoso Georgio Krzypiowski eiusq[ue] posteris

iam exnunc et de facto coram officio praesenti dat et admit
tit realem intromissionem et actualem possessionem
per ministerialem quemvis competentem et nobiles du
os vel quamque voluerit offerre acceptandam Generoso
Generosum Procopium Dzipuorski eiusque posteros
hoc eadem bona seu sortes memoratas praesentibus
donatas et resignatas cum omni iure dominio proprie
tate competentiaque et praerogativa quavis tenendi ha
bendi et possidendi illisque quiete ut fruendi ac ad suos
suorumque successorum quosvis beneplacitos usus fructus
libere et effectualiter convertendi perpetuis et aeu
ternis temporibus. Debetque et tenebitur memoratus
Recognoscens prout se ac suos successores in et super
bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis
quibusvis habitis et habendis supradicto Generoso
Procopio Dzipuorski Donatario suo inscribit et
obligat praesentibus. Ipsum et posteros suos supra eas
in dictis bonis seu sortibus memoratis praesenti
bus donatis et resignatis, et ratione eorundem omni
um ab omni et quavis impetitione juridica quarumcunque
personarum cuiuscunque conditionis status et sexus
cuiusvis existentium ex occasione supradictorum
modo quovis exorienda et emergenda per omnes
proscriptiones terrestres produ ad quamlibet per
sonam terrestris spectat et pertinet et praescriptio
in omni judicio et officio Regni semper totiesquoties
opus fuerit tueri defendere evincere intercedere ac
eliberare indemnemque cum posteris facere et redde
re, nec non bona praefata seu sortes memoratas

praesentibus donatas et resignatas ab omnibus in ge
nere Iuribus Inscriptionibus inionibus et praetensionibus
super eisdem bonis seu sortibus praenominatis per
se Recognoscentem donatis cuicunque personarum mo
do quovis factis et faciendis tum etiam a quibusvis cita
tionibus super eadem bona seu sortes praedictas prae
missaque omnia praesentibus donatas et resignatas im
portatis et importandis Luitis demumque et perlucris pro
cessibusque Iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu
Iuris dependentibus cum quovis Iudicio et officio Iud
obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus
praesentibus resignatis modo quovis perductis et per
ducendis emundare et eliberare mundaque et libera sem
per facere. Ac etiam Intromissionem praefatam coram
officio praesenti admessam in fundo bonorum praefatorum
seu sortium memoratarum praesentibus resignatarum m
dum per ministerialem et nobiles duos officiose require
tur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libe
re dare et effectualiter admittere dataque et admissa eade
possessionem et usum fructum praemissorum omnium et singu
lorum quovis modo tam per se quam per suas quasvis
submissas et subordinatas personas non praepedire
nec achmiere, ipsumque Generosum Procopium Strzepi
niecki Donatarium suum et ipsius posteros in dictis
bonis seu sortibus memoratis praesentibus donatis et
resignatis nullo modo inquietari, ubi vero eadem bona
suprascripta seu sortes memoratas praesentibus dona
tas et resignatas cum universis eorum utilitatibus
et usufructibus is idem Donatarius suis suisque cum
posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis do
nationis vigore tenere habere et possidere queat illis

29 14 ~~2[illegible]~~ (13

uti fuit posit. perpetuis et aeternis temporibus. Sole sub
damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Juramento
taxandis et edicendis per eundem Recognoscentem supra
dictum Nobilem Wasilio Kusakowie Maythoujlu suis possess
praenominato Generoso Procopio Kropiwnicki Donatario
suo eiusque posteris ob non complementum praemissorum
omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quo
ties quies fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quibus
quidem damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Ju
ramento taxatis et edictis modoque praemisso ad solvendum
succumbentis ac pro re aliqua principali ex praemissis non
completa complenda ipse tunc eius [illegible] Recognoscens
ipse tunc Nobilis Maythoujlu Kusakowie aut eius post
teri ad instantiam supranominati Generosi Procopij
Kropiwnicki Donatarij sui aut eius successorum ad officium
praesens Castrense Capitaneale Premysliense extunc recursu
supra se quo ad respondendum spectat mediante semper
in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare
iuri parere respondere damna praetacta Terrestria sim
pliciter taxata luere in solidum huic satisfacere ac omne
iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores
ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum
Terminum primum peremptorium et alios omnes ex in
de consequentes causae eiusdem Terminos semper perem
ptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate succes
sorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari
ad munimenta ad quietorem vel aliis quibusvis dilationi
bus et legalibus impedimentis non differendo. Ab quietatio
nem praeterea ultra primos et proximos officij prorogati
Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos dilationem sibi
non recipiendo nullasque motiones appellationes ac alias
prosequutiones faciendo praemissa omnia poenis simplici
bus ipso [illegible] ribuntur ligamenta ad finem debitum forma.

Feria Secunda